

Joannis Montani.

De mare albam: quod grandis cubed: per
condida: quod terra alba verna fac
habet

Non audent stigmata plura tentare: quod audent:
Efficient monachos: plenamque doli omni fraudis

Petrus Blesensis

Officium est leu candele nimis et acerbum
Tunc plura malis: hinc dicit officialis

(: sine doli)

Ex Sententia p[ro]p[ri]a q[ue] refert Ant[oni]o Com[ite] Sabellio
Emenda. p. li. vi. fo. clxxx.

Dima na (m[er]it) magis fide magis q[ua]m diffinitioe co[m]prehendi p[ot]t.
Theiana fides: si ulla q[ua]nt miracula q[ua] p[ro]p[ri]e sit instituta: p[ro]bata e[st]
q[uod] tres s[un]t p[er]sonae trinitate p[er]sonae: non q[uod] p[ro]bet ratio: s[ed] a q[uo] dicitur
vident[ur] e[st].

Mortales, celi terraeq[ue] memores, magis
audaces q[uam] ver[um]. Sydera aures investigare pulchris q[ua]m utile.

Non p[ot]t auar[um] pecunia expleri: neq[ue] dolo[rum] cogitatio. Cui plura
danti e[st] nosse: hinc maiora sequitur dubia.

plebeis loco argenti ea dant littere, nobilib[us] auri: gemar[um] p[ri]ncipib[us]
boni medici non pecunia q[ua]nt: s[ed] bona egroti validudine. (et ip[s]i vbi st[ant])

In plebe vni h[ab]ent leges: in potentes obmutescunt.

Ut in mare flua: ita in potentior[um] edes confluit vitia:

lingatores, amule st[ant]: foru area: indices retia: aucupes t[ame]n patrom[um].

Dignitatib[us] hoies dandi: no dignitates hoib[us]

Indoct[us] ep[iscop]o: st[ill]is asino.

Corpora mala medic[is]: impit[us] sacerdos auar[um] p[er]mittit

Vag[us] monach[us] mancipiu[m] diaboli

Sacerdotib[us] magna roe ademptu[m] comib[us]: s[ed] maiore quada
restituend[um]. h[ic] ill[ud].

hoste[m] se m[er]it
q[uod] filio ignoscat



Vor dy fersel der zfford Vny ginderam, Zinstoff in wud the
men, der zfforde in die wasser locher, halt sie in eine weile zu
so wud off gesund.

Con. Kripura

Nym 1 gute hantvol tornatilla, klein gestungten, wud so vil
farbandel beer, genoff dornuff z topp guten blanten, wud, lof of
also in einem neuen wasser toppe, wud tuge steten, wud
vire of ofte. Dornuff stude of den witteren teil ein. Dyes tranck
nym abends und morgens warm in dore drey leffel voll.

Dornuff ein zu der oben bleibenden materia, hantvol grof
hantvol beer, vil gut wochel, tornatilla, raron, wachadel
beer, und genoff dornuff warm wasser, wud lof of wud steden.

Dornuff stoff die materia mit enader, ein of in ein klein steten
und lege of wachen off den steden, Dornuff tonck of wudin
das wasser warm gemacht, so kange of wacet. Dnd
berouce daz wud mit einem guten bende.

~~Alc~~
~~Ar~~

Alc erledigt
Selle

10 B 16



L 12A



folm. j. a.

Pro facie geca Moxps

℞ Sepi cūij 2 | Cortis fabarū 3 5 Amidi, gūd arab. an 3 5
farine oedil 3 iij Cāmpū 3 5 et roß 3 1 5 Et hliom albar
3 iij et tartar 3 iij 5 Peirini 3 4 5 Cere q. s. fe
Argentū liquidū

Ablutio

℞ aquae fraginae lb. 1.

℞ Amigd dula 3 5 arabaz 3 ij far oedil, bacc laury
an 3 iij Cāmpū 3 1 5 amidi 3 ij gūd ar 3 1
lb 4 aq fabaz 3 1 5
D. letz p alambien

6. *[faint red handwritten text]*

[faint handwritten text]

[faint handwritten text]

[faint handwritten text]

[faint handwritten text]

[faint handwritten text]

[faint handwritten text]


[faint handwritten text]

[faint handwritten text]




fo. ij. a.






ij






7





6.






6





vij





liij




74




iv





2.





ej



15



em

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side]


[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side]





*V. elly & p. llo. g. ferat hameris an 315 d. yperinis
lap. d. p. llo. an 31. m. llo. bolg ad z. m. llo. llo. llo.*

327

Liber Arnaldi de Villa noua de cō

seruanda iuuetute ⁊ retardanda senectute.

Liber de conferentibus et nocenti-

bus principalibus membris nostri corporis.

1511

De conseruatione iuuentutis : et re-

tardatione senectutis.

¶ Capitulum Primum.

i

¶ Vult iuuentutē seruare : et a senectute retarda-
ri : fit per cōseruationē virtutū et spiritū et ca-
loris naturalis in suo esse et tempantia : et ipso-
rum cōfortatione et multiplicatione in eorū de-
fectu. Nam quādiu et virtus et spiritus et calor naturalis nō
debilitant neq; pili canescunt neq; cutis corrugat : quā ex debili-
tate caloris innati declinantis ad frigiditatem et siccitatem : ex
quo nutrimentū corrumpit : et membrorū corrugatio pcedit.
Nam cibus pueniens ad quodlibet membrorū digerit calore
naturali illius mēbrū. dum igitur debilitat ille calor ab aliqua
occasione corrūpitur ille cibus : et tunc accidit corrugatio cu-
tis et canicies : ut patz in senibus cum sint frigidi et sicci. Ca-
nicies autē fit ppter calorem naturalē : qui a corpe diminuit
senectutē. Senectus autē infrigidat et exiccat. Idcirco est pau-
ci sanguinis. et virtus et calor naturalis debilis in digerendo
quare aggregant humiditates multe et hūores crudi. et ideo
debilitant tres spūs in eis : et tres digestiōes et domiat in eis
debilitas caloris naturalis. et hoc accidit ex cursu temporū :
et hoc potest retardari : aut per accidens sollicitudinis tristi-
cie et similiū : et hoc etiā amputari pōt per alienationē ab il-
lis que faciunt eam cōtinationē sup̄suis ad contrariū : et
cum est causa morbi abscindere eam cū rebus ad hoc p̄p̄is
¶ Et senescentes quidē indigent calefactione et humectatiōe
equali ex cibus et potib⁹ et medicinis cōuenientib⁹ et exercitio
et gaudio : et de preseruationis additamentis ad virtutē est in
lep. de vino : et zuccaro. et vltimū p̄seruatiū quādo virtutes
sunt debiles : quoniā indigent que cōfortent virtutem ex cibus
et potibus et speciebus odoriferis et medicinis habentibus
hanc pprietatē : et hoc est occultum. et cum sint humiditates
corrupte : et humores crudi aggregati in eis indigent que exte-
nuant et exiccant humiditates sup̄fluas : et digerunt humo-
res crudos et sincerant corpus : et corrugatio : et veterascētis

328

cutis indigent que abstergant : et applanēt ex oleis : ⁊ aquis
et vnguentis et coloris pulchritudo sicut ex eis que laudabilē
sanguinē generāt : et que cito digerunt : et per mūdificationē
sanguinis cum rebus pprijs : et que inueterant et debilitant
calorē : et virtutes sunt multarū sollicitudinū. cure etiā eua-
cuationes exquisite et flōmia frequens et his similia : et istis
succurritur cum brodio pullorū : quiete et somno : etiam re-
bus odoriferis et similibus. ¶ Et que generant flegma pu-
tridum sunt sicut fructus : pisces : lacticinia : et similia. ex
quibus gnatur aquosus humor et qui non digerit in mēbris :
quorū generat caniciē et cutis corrugationē : et non est accis-
ita forte ad canescendū sicut timor desperationis ppter tota-
lem regressus calorē naturalis ad interiora maxie qm̄ in hoc
cōmunicat complexio : et est apparatus. et inde est q̄ quāpla-
res obuoluti maris fluctibus subito in pilis fiunt albescen-
tas. Que vero huic nocumēto obuiant sunt sicut granatorū
succus pprie de pomis et hora sumendi expressus et aurum
precipue et sucars boraginis et simusterre spāliter viridis et
purificat⁹ et virtus rad. plantaginis et similia. et illa quib⁹
flegma putridū subtrahit est sicut mirabolani cōditi et aloe
rosatum et agaricus et filia. Et illud quo subducunt pprie
melancolia et flegma putridum inueterantia hoīem est ellebo-
rus niger preparatus per magisteriū paucis notū. nam in rec-
tificatione malitiei eius est secretum. per ipsuz namq; homo
cōuertit de mala cōplexione ad bonā etiam acquirit reiuuene-
scencia ⁊ sed non est pro corpibus delicatis et nobilis cōplexi-
onis. Ideo non figo sermonē meum in ipso : et ex eis que cō-
fortando cōsumunt est dyanthos cum zuc. conditū qđ pprie
cōsumit flegma et melancoliam cerebri : et canos retardat et
sensuz corroborat et vitam plingat maxime cum de ipso in
aqua vini cum scientia et sapientia facta et pro quibusdam
in vino pprio calidum p triduum dissoluat decolatur et bibi-
tum cū sapiētia : ⁊ quō et sicut opz. Et sunt alia que inuuant
sicut dyacameron et mirabol. chebuli conditi pprie consu-
munt flegmaticas supfluitates stomaci et cōfortant ipsam

et clarificant sanguinē et valent melancholicis ⁊ assiduatio ip
soru cōfortat iuuentutē et facit reiterare adolescentiā et prolō
gat a canicie. Silt decoctio folliculoru sene pprie cū dyabora
ginatis et sero caprino ⁊ que sunt his filia. ¶ Et via caniciā
prohibēs est euacuatio hūoris flegmatici cū vomitu in vno
quoq; mense semel : et clistere semel in septimana : et pprie
de succo folioru mercurial. ebuli et sambuci et bletaru cū vn.
s. ierepigre qd ē secretū magnū. Et iterū subductio cū yerapi
gra vel cassia. et cū succo quidē rosi. et ex recentib⁹ rosis trac
to cum sug. pparato est lenitiuū bonū nature cū sapiētia : et
est ex medicinis bñdictis solutionis cū cōfortatione principa
liū. i. oīm membroru et permutat malā dispōnē calidā : apit
opilationes : cor cōfortat et mundificat et de laudibus eius
est magnū capitulū. ¶ Et de rebus cōsumentib⁹ hūores ad
seniū preparātes sunt spēs temperate note vt gario. cinamo.
liquiritie et similia. pprie tñ qñ incorporatur virtus corū in
bono vino ⁊ limphatū sumit. et pillule mirtine note bonitatē
in cōseruando sanitatē et vitā : qz opponūt se putrefactioni
rectificant et sincerāt : qd iā putrefactioni vicinat. Et inde est
qz ex rebus de quibus cōponūtur cōdiunt corpora mortuoru
et non putrescunt. Predictū autē vinū specificatū cū recipitur
per oīa diffusum membra deportat et cōfortatur et exiccat su
perfluā humiditatē. Silt vsus pulueris earundē spērū in d
bis est de rebus cōferentib⁹. In sicca tñ habitudine opus est
vt cū eis temperata cōmiscant sicut sunt succus granatoru
aqua rosaru : zuccaru : liquiritie : passule et hmōi. dyacame
ron vero digōnē cōfortat seu reparat : et trifera similiter pcel
lit illud declinando versus caliditatē. in debilitate autē caloris
naturalis ⁊ corruptione cibi que prouenit in membris a fleg
matica materia putrefacta : accidit corrugatio et senectus si
cut in scabiosis apparet corrugatio membri et dispō senec
tutis et recedente scabie iuuenescit : et pprie aurū preparatū
valet eis. Jō valet leprosis presertim et vinū granatoru et si
milia. Vno quoq; granatoru quocūq; mō sumpto pprietas
est humores extenuandi ⁊ extinguendi calorē epatis : et pprie

confert epaticis : et cardiacis : et os stomachi : et cor confortat.
 Rebuli autē cōditi in vtraq; frigida : et calida cura valent et
 stomachū confortant et superfluitatē eius desiccant. Iterū me-
 lancolicos iuuant : sanguinē et spiritū clarificant : nec est res
 que loco eorum stare possit . et vinū quidem boraginātū tpe
 vindemiariū factū : et est vinū cardiacis aut maniacis et me-
 lancolicis cōueniens. mundificat enī sanguinē : et aufert sus-
 pitiones malas : et totam regitiuam virtutē cōfortat et om-
 ni corruptioni se opponit. Et electuariū de quinq; mirabola-
 sīm receptam paucis notam in viam cōseruationis sanita-
 tis et prolongationis vite : et reiuuenscentia est res probata
 et perfecta et donū electum vite. Nam stomachū confortat : et
 adaptat et aque superfluitatē a nutrimento preterito rema-
 nentem purgat et vsus eius canitiem retardat et ad decrepi-
 tam etatem venire facit nutu dei. ¶ Et carnes viperarū pre-
 parate sūt huius generis : sed mihi non placent propter il-
 lud quod accidit in errore recolectionis earū . Iterū etiam de
 genere vtilitatis sūt suffumigationes de rebus cōpetentib;
 sīm necessitatē cōuenientem. et balnea proprie temperata sine
 exuberanti sudore : ita vt mundetur solū cutis et mundetur a
 sorde aggregata. porū nanq; aperiri et humiditates super-
 flue desiccant. ¶ Vsus nanq; vini in quo resoluūtur predic-
 tarum rerū virtutes cū aqua temperata in sua hora perfora-
 bit occultos meatus corporis et humiditatē superfluam de-
 siccabit et cōfortabit membra interiora et deopilabit deopila-
 cione perfecta : quod est secretū magnum : deopilatio nanq;
 facit currere spiritus per membra et vigere in corpore calore
 naturalem. Opilatio vero cōtrariū operatur. Calor autē na-
 turalis cōculcatus debilitatur : et non potest separare purū
 ab impuro quare humiditas superflua putrefacta cumentū
 habet. vnde et carnis et cutis corrugatio et senectus festinant.
 Sciatur autē hoc quod huic succurritur impedimento vsu vi-
 ni predicti aut alteri rei similis opationis. et quia virtus ea-
 rum rerum resoluta in vino nō effrenat calorem naturalem in
 cōuertendo et dissoluendo quēadmodū quando cū substantia

a iij

recipiuntur sunt de hominib⁹ qui eundē modū seruant in ac-
ceptionib⁹ medicinarū laxatiuarū et prosperantur et cauetur
propter hoc error effrenitatis eorum. hoc est vnum secretum
magnum : verum. In operatione est vnum secretum magnum :
quia ignis adurit et immutat et resoluit de virtute et opera-
tione rerum ipsarū sicut in decoctione syruporū et electuario-
rum. verbi gratia. cum elleborus in vino permanserit fit po-
tus vomitiuus. Et est qui vidit ponere sacculū cum puluere
suo in vino die vna q^z vinū illud sumptum facit per vulnus
duci saniensq^z ad mundificationē et curatur curatione per-
fecta. sed sapientes antiqui occultauerunt hoc sublime opus
medicinarū euacuauerunt omnes libros artis ab hac intenti-
one. et hec sufficiant dicta circa hec.

De retardatione senectutis et reiu- uenescētia acquirēda. ¶ Capitulū Secundū.

¶ Si voluerit vere retardare senectutē et reiuuenescēti-
am habere vel acquirere sit sollicitus de rebus generā-
tibus et clarificantibus sanguinē laudabilē spissum:
quoniā quādiu sanguis calidus et spissus pinguis et visco-
sus permanet canicies retardatur. sit vero cōtrarium cum ad
aquo sitatē declinat et frequentatio rerum sanguinē mundifi-
cantium assecurat a festinatione caniciei. ¶ Tota autē caute
la regiminis cibi : et potus sit vt omnia sū ordinē : et tempus
et debitā quātitatem administrantur et laudabilis semper di-
gestio fiat. In digestionē autē est radix intentionis. Ex indige-
stione quidē si ex laudabilib⁹ fiat assumptis sanguis corrū-
pitur et humores impuri generantur. bonitas autē digestionis
et cōseruatio vite cōsistunt primo in aere qui totū attingit et
motu et quiete somno et vigilia cibo et potu in debita ppor-
tione et moderata exhibitione et necessaria expulsionē supflu-
itatū : et nō ptermittēre cōsuetudinē et hoc sū canones diuul-
gatos in arte. ¶ Et est sciendū q^z innouatio et cōfortatio cu-
tis fit cū potatione aque auri purissimi pprie. ipsa namq^z al-
lopiciā curat et tyriā et transmutat corpus hūanū sincerat et

immutat ipsam et virtus multarum rerum appropinquat huic opac
 cioni : sed ipsa est que predictum miraculum facit et que non corrū
 pit et complexiōi humane est cōueniēs : et neq; calefacit neq; infri
 gidat neq; humectat neq; desiccāt. immo omni est tꝑamento
 tꝑata oēmꝫ rē excedentē in tꝑantia et pennitate quā habet :
 etiā subuenit stomacho frigido timorosos facit audaces : car
 diacos cōfortat. valet cōtra melancoliā et alopitiā et calorem
 naturalē cōfortat et tꝑat : in quibꝫ nō est res aliqua que stare
 possit loco eius. et virtꝫ eiꝫ in sua manifestat substātia quare
 est in ea caliditas. ideo clarificat : et i ea est magna tꝑantia :
 ideo magnū tꝑamentū efficit sup oēm rē. et ideo est pennitas
 ideo cōseruat corpꝫ hūanū et in ea est assimilatio cōploni hūa
 ne : ideo incorporat si pparet vt decet : et in eiꝫ pparatiōe est
 totū secretū qd sapiētes ppe inuidiā occultauerūt. Cōfirmat
 autē et sincerat cordis substātiā et sue puritatꝫ impressiōe oēm
 deicit impuritātē ab eo : et tuet illud et clarificat spūm sub
 stantiā et mouet san. ad cutim et isauit pulchritudinē iuue
 nilē et abstergit abstersione leui. ¶ Et extraneꝫ modus reiu
 uescentie est : vt per abstinentiā et subductionē cōuenientē
 deueniat quis ad vltimā extenuationē deinde cū laudabilibꝫ
 nutrientibꝫ reficiat. hoc autē seruatur apud eos qui boues im
 pinguant : quorū caro quāto magis macrescit et deficit tan
 to magis intenescit et iuuescit. Exemplū scdm est in con
 ualescentibꝫ iam resumptis. ¶ Poro de signis appropima
 cionis ad senectutē est inherētia obliuionis. et huic dispositi
 oni obuiatur cum vsu pulueris piperis longi et cimini. añ. p
 tes. ij. gariosi. partem. i. zuc. ad quantitātē totiꝫ : et cum vsu
 dyanthos et subductiōe : et diēta cōuenientibus. et in tempo
 re epidimie et pestilentiali propter corruptionē que est in rebꝫ
 ex quibus obuiatur cū pillulis aloeticis : vel mirtinis superi
 us dictis. Et qñ accidit aeris malitia ex corruptione aut vici
 natione putrefactionis aut flatus fetidi : et non est tale sicut
 cōuertere se ad ea que ad acetositatem declinant et stipticita
 tem habent. Et iam Auēzoar testificatus est in libro suo qd
 aduicinatio cattorum et flatus eorum inducit pulmonis



putrefactionē et ptisim : et estimo q̄ accidat p̄pter corrosio-
nem als. corruptiua cōplexionis eorū : qm̄ flatus eorū fetet
multū : et flatus quidē hoīs corruptioni attinens est detesta-
bilior propter cōplōnis similitudinē magis inficiens . Ideo
ad cautela obseruandā in dñis est vt ab ore loquentiū auer-
tant faciem et dēt aurem : et in aeris p̄pterea malitia conser-
natio est rectificare ipsum per immutationē loci et elongatio-
nem ab eis et bonorū odorum vsu : et ablutio aceti et vini cir-
ca os et nares asscurant ab hoc multū. ¶ Similiter et dese-
ctio auditus preuenit senectutē : et est quia minoratur in cor-
pore colera que instrumentū audit⁹ aquosarū superfluitatū
materierū alleviabat. et in senibus multū excrescit de super-
fluitatibus indigestis p̄pter caloris innati minorationē. ideo
mundificatiōes faciende sunt capiti cum his que nervos mū-
dificant calefaciendo vt agaricus : et allia sm̄ q̄ necessitas
facit. Et pillule auree sunt proprie exercitiū et intromissio in
aurē de gñe eorū que ad opationē reparant membrū sensus sicut
oleum amigd. amararū cum vna pueri et lacte mulierū :
vel cū succo cucumeris agrestis et similiū et prouocatio som-
ni comestioni vicino notet ⁊ cauere a repletioe pdz : ⁊ alijs q̄
implent caput vapore. ¶ Defectus autē appetitus generatio-
nis et minutio est de signis pronosticantibus senectutē : et iu-
uantur proprie cum his cum quibus augentur : et confortant
calor : et spiritus : ⁊ humores : ⁊ ex quibusdā alijs : quorum
taceo rememorationē propter pudicitia.

De his que iuuentutem inducunt.

¶ Capitulum Tertium.

Pes deniq; et hilaritas anie naturā excitāt ⁊ iuuentu-
tem inducūt clarificant sanguinē : et per venas ipm̄
currere faciūt. Exhilaratio quidē monetur ex singu-
lis que delectationē occupationis inducunt siue interius siue
exterius siue sit omnium sensuum siue vnus et contrarium fa-
ciunt que contristant. Tristitia enim ossa desiccāt : carnem
eliquat : conturbat spiritum : et corugat cutem. ¶ De

afferentib⁹ & leticia et auferentib⁹ melancolie dispōnem est
 vinū croceatū et vinū buglosatū : in quo radices bñ lote exti-
 terint die ac nocte vel syrupus ei⁹ : et vsu eius ab amentia et
 p̄mixtiōe r alienatiōe rōis curati sunt aliq̄. Et sedes quidē ca-
 loris est in corde et qñ exceditur a t̄pamēto diminiuit et debili-
 tatur : et hō pigrescit et senescit. Que autē calorem naturalē mi-
 nuūt sunt oīa que flegma putridū gñant in stomacho : et que
 minuūt virtutē et spūs sunt que infrigidāt et digōem corrup-
 punt : et oīs egritudo r immundities corpis et accētia aīe et
 oīs fetor et aspect⁹ mal⁹ : et quādiu retinet calor naturalis in
 corpe tēperat⁹ p̄seuerabit sanitas : et obseruabit habit⁹ iuue-
 tutis. Et accētib⁹ ex melancolia : et tristitia sine cura vltimū
 est dyamastix et dyambria ipsarū quelibet melancolicis con-
 fert dispositionib⁹ : et bonū colorem acquirere facit : lumen
 acuit : canos retardat : mentē sincerat : et digōnem adaptat
 et de ceteris que t̄pamento equali calefaciūt et humectant est
 vinū t̄pate cōplexionis. et perla quidē est t̄pata temperans : et
 cōfortans calorem naturalē ipsa cōfert cardiacis r timorosis r
 sang. cordis proprie clarificat cum quavidi egritudines mul-
 tas esse curatas. Sed illud cui non est par est sal de minera
 et sapientes assimilauerunt ipsum preparatum calori natu-
 rali sane adolescentie : et propter hanc similitudinē vsi sunt
 sapientes et appellauerunt lapidem nomine animalis. Alij
 chisir minerale : et a quibusdam vocata est medicina per-
 ennis et aqua vite et totum ingenium preparationis est q̄
 in aqua purissima et potabili reducatur cum reb⁹ que non
 extraneent proprietatem eius. ¶ Amplius iam dictum est ge-
 neraliter q̄ sapientes in artis consideratione dixerunt illud es-
 se p̄ncipium in consideratione non properandi ad intem-
 pestiuam senectutem et mortē festinam. immo cōtinuandi sa-
 nitatem bonā videlicet preseruare stomachi dispositionē : quia
 ipsa est radix illorum. et cū debilitatur et impeditur stomach⁹
 in operatione eius oēs aliorū membrorū virtutes senescunt :
 quoniā debilitas stomachi omnem complexionis maliciam
 facit hereditare. Et de his que nequiora sunt ei est facietas

Dyambria
 Dyamastix

perla

□ de minera

Stomach⁹



nauseatius. et iam pbatum est q̄ natura minimis est cōten-
ta : et de rebus magis nociuis stomacho ex repletionē experi-
mentū verificat illud quotidie in his qui se deo in solitudine
dedicauerūt : et in quib⁹ necessitas eos ad hoc pducit : qm̄ in
paucitate et simplicitate assumendorū pficiūt magis in tem-
pore et p̄seuerant magis incolumiores. et iam Seneca indu-
cit q̄ multi coci fecerūt multas egritudines. ¶ Et in cibis q̄
dem : et in potibus et medicinis quāto res que illud ingredi-
unt tendunt ad simplicitatē. amplius in melius cōmutant : et
q̄d vedet d̄terius stomacho et magis aggrauat stomachū est di-
uersitas assumptorū et maxie cōtrariū dispositionū p̄pter in-
equalitatē sumptorū : et maliciā coctionis et transubstantia-
tionis in eis. et ordo etiam iurat in hoc et nocet. Et illud qui-
dem q̄d in gulosis reprobabilius est multū etiam : et si obser-
uant cōditiones : remediatio in eis est semel in die comedere.
¶ Et in om̄i q̄dē repletioe nō est aliud ita sanū sicut abstinē-
cia. In ipsa quidē calor naturalis resurgit cōfortat : et nō de-
sinit agere in id q̄d euasit a decoctione donec cōuertat et di-
gestū fiat : porro et epas cōicat in errorē stomachi in bonitate
et malicia. sicut et splen utplimū quidē s̄nt cōem cursuz q̄d ac-
cidit ei de impedimēto opationis eius est opilatio : qm̄ opila-
tiones sunt de materiabus egritudinū eius : et h̄ns eas s̄nt
pauci sang. et corrupti coloris et occurrūt eis cum incisuiis et
aperitiuis et absterfuiis in cibis et potib⁹ et medicinis : et de
melioribus rebus in hoc casu ex omni via est syrupus dictus
diaquilon de quinq; rebus et subductio cū yerapigra de. xvij
rebus soluta in decoctioe cōmuni in qua dissoluat : et cōmis-
ceatur de cassia. et q̄ colatura bibatur. ¶ Et splenis quidē
ocasio non est p̄termittenda cōsiderationis in hac via. ip̄m
enī est torcular sang. fecis et adustionis eius et qm̄ debilitat in
mūdificatione illius supueniūt corpi egritudinū genera me-
lancolicarū et contristatio. et qm̄ causa est necessaria facit ip̄-
suz impediri in mūdificatione ipsius : spūs ingrossant et ac-
cidit epati : et toti corpi arefactio : et extenuatio et paucitas
sang. imo h̄ns malorū repletio : et facit puenire patientem ad

ydropisim ex errore digestionis scde: et ad grauitatē motus
 et colorē plūbeuz vel citrinū cum macrefactione toti⁹ corpis.
 Imo penit⁹ dispositio ipsa fugat decorē iuuentutis. Illud au-
 tem cū quo iuuat splenetic⁹ est cū rebus absterfuis et incisi-
 uis in quib⁹ non est multitudo caliditatis: sed ad acetosita-
 tem et stipticitatē et amaritudinē sint declinantes: et in sum-
 mo est assiduitas regiminis subtilitati in via curationis et
 p̄seruationis: et de p̄parationib⁹ fm semitā medicine fami-
 liaris sunt minutio debita et mūdificatio cū his que melan-
 colia trahunt. Et nō eligitur supra puluerē radicis scolopen.
 et decoctionis graminis cum syrupo acetoso cum radicibus
 et decoctioe rad. capparis in aqua frigida et hmōi ⁊ de vincti-
 onibus super oleū sambucinū. Iterū et illud non est p̄termi-
 tendū in via curationis om̄e illud ex quo calor naturalis vi-
 uificat: et illa sunt exercitiū tpatū et fricatio moderata et hu-
 iusmōi. Exercitiū nāqz ē quo calor innat⁹ reuocat corpis leni-
 tas et fortitudo acquirū: et res magis phibens a repletionē
 et coaptat mēbra ad nutritionē et augmentū bonus: et facit
 ea opatina et assecurat ab accētibus multis. Ociositas autē
 flegmaticos accrescere facit humores et calorē et spūm pigri-
 tari: et ad maciem et pellis corrugationē puenire: et prepa-
 rant ad seniū: et fricatio etiā est pars eius. fricatio quidem
 extremitatū est ex eis que calorē innatū viuificant et materi-
 as ab interiorib⁹ ad extremitates trahit et mēbra p̄ncipalia
 a multis assecurat infirmitatibus et passionibus. fricatio
 autem cubitorum donec scabiosa fiant et rupture pellis in
 eis confert visui et actionib⁹ oculorū. spine vero dorsi cerebro
 et cordi et aliorū membrorū illis p̄ncipalibus cū quibus se-
 cundū sciam anathomie maiorē hnt colligantiā. Et ip̄e qui-
 dem fricationis actus intrat in intentione decorationis et re-
 iuuenescentie: ex eo q̄ per eam adducit ad supficiē loci sang.
 et implet cutis eo et extendit et pinguescit et rubescit: et tem-
 pus ad hoc cadit celebrata p̄prie digestionē scda. Et ad sum-
 mū est om̄e illud intus receptū: vel exteri⁹ applicatū quo ad
 supficiem sanguis trahit intrat hoc caplm: et de his p̄prie

causat. Illud autē qđ per fricationē intendit est supfluitatū
resolutio que in musculis cōtinent que per exercitiū absq; fa-
tigatiōe resolui nequiverūt : quare et debiliōib⁹ sunt meliores
et ad vltimū est qđ omne exercitiū gen⁹ omisq; aiālis et corpo-
ralis actus fiat cū t̄pamento et discretiōe s̄m debilitatis pro-
portionē ad qđ expedit. Est em̄ inequalitatis t̄pantia sanita-
tis et vite. ¶ Que autē cogitatiōes et tristitias expellūt sunt
rememoratio puerbionū sapientū et prospectus sacrorū can-
et audire dicta seu gesta priorū : ⁊ cōvertere interdū intellectū
et sensū ad illud in quo ania delectatur cū sobrietate : et de
expertis est portare super se de lapidē. calamite cū croco : et p
stomaci malitia habere corallū suspensum supra os stomaci
est res certa. et recipere in mane ieiuno stomacho. z. i. aque vini
zuccarate nō permittit tristitiā incurrere etiā retardat senectū-
tē et canos et iuvenescere facit. Sicut degustatio passularū in
ieiuno proficit ad viā iuvenescētie ex eo qđ digestiōne efficiūt
melioem et minoratur ex eis flegma : immo addūt in epate
et impinguāt ipsum qm̄ amice sunt stomachi et epati ad gene-
randum sanguinē coctiorem et spissioem : et cum sumuntur
post cibum habilitant et humectant ventrē. ¶ Sciendū autē
qđ in medio est virtus. Expedit autem vt eorum que sumunt
non declinet natura ad vicinitatem extremorum que sunt sub-
tile et grossum aut in saporibus : licet interdum expediat. et
calidiores quidem ventres habentium natura quecūq; dura
difficilia et mutabilia melius cōvertit : et utiliora sunt quecū-
q; delectabilis recipiunt : q̄uis min⁹ fortia cōcedenda. Et
in ordine eorū hora sumēdi ea opz cōsiderare vt quōta recipi-
atur. Similit̄er post desiderium et affectibus convenientem
expressionem : et cum desiderio dimittatur : et non semper to-
lerent famē. ex hoc autē stomach⁹ pascitur humoribus putri-
dis : et etiā regio tempus et hora cadunt in hac cōsideratione
etiā vires. Nihil autē malignū qđ super indigestū cibum cri-
dum cibi et potus quicquā ponere. ¶ Et oportet hoīem na-
turā suam non ignorare et temperare per iuuantia et nocen-
cia ad deveniendū in cognitionem susp̄sus. nā cuz de hac re

certificat⁹ fuerit : ipe sub his sibi pulbere poterit. vnusquisq⁹
 aut⁹ quanto manifesti⁹ inclinatur versus aliquē lapsum tanto
 amplius ad illud qd eiusdē lapsui opponit faciat additamē
 tū : vt ille in quo supest flegmaticus sanguis : et aquosus sit
 in administratiōe subtilis cibi calidi facili⁹ nutrimenti et pau
 ci : et sic de alijs. et sup⁹ bibere aquam cibo nondū distributo
 malū. Vinū aut⁹ etiam : qm̄ facit penetrare cibum ante debi
 tam coctionē et incurrere opilationes. et sunt de hominib⁹ q̄
 in medio comestionis suscipiunt frustum ad medie quātita
 tem fabe ex aloe bono per se : vel cum mastice inuncto : et est
 in eo ventris beneficiū : sanitatis cura et iuuentutis cōserua
 cio. et ad summū est paucitas in vice et alternatiua diuersi
 tas in tpe et in rebus nutritilib⁹ excusat a multis que ingre
 diunt⁹ hoc caplm̄ de adiutorijs extraneis. et fames quidē sa
 porē facit et diuersitas colluctant⁹ : vt non fiat exerescentia p
 ceptibilis lesionis. ¶ Et de pparamētis et cutim̄ mundificā
 tibus que viam decoctionis ingrediunt⁹ sunt sicut ea que mū
 dificant et clarificant et abstergunt et leniunt : et de illis est q̄
 accipiat spuma mellis et spuma clari ouorū et permiscis in
 vino cū quantitate qua sufficit et lauetur sero sine absterfioe
 de mane vero lauet⁹ cū aqua ordeī ablactata cū lacte amigda
 larū et est nobile et bonū et non appropinetur aqua ros. neq⁹
 caphorata ad faciē : qm̄ generat caniciē in pilis. ¶ Itē vn
 guentū camphoratū ex radice lilij cocta cū melte clarificat et
 applanat cutim̄ et rugas cutis. ¶ Item vinū in quo dissolu
 tū est de sale tartari quantū sufficit ad absterfionē prius in
 aqua dissoluti et cōgelati est mundificatiuū bonū. Et ablutio
 quidē capitis cū lixiuio facto pprie cū cinere pedū caulij de
 coctionis camomille et foliorū mirri et florū rois marini : cō
 fortat cerebrū : cōfirmat radicē pilorū et non permittit canes
 scere. Et similiter quando in lixiuio bullierūt folliculi sen. et
 sticados cōfortat cerebrū et abstergit hūiditatē subcutaneam
 et prohibet caniciē. ¶ Et mot⁹ quidē tpat⁹ supplet vicem ex
 ercitiij et calorē excitat et efficit fortiorē. quies aut⁹ oīno cauenda
 est propter suffocationē caloris naturalis et priuationē viuifi
 cationis

bi



ficationis ipsius in ea. ipsa quidē humectat et remollit : et est
via qua velociter devenit ad senectutē. et personis quētis et occu-
patis meli⁹ exercitiū gen⁹ est deambulatio frequēs et vicissitu-
diaria incurvatio et directio orōis grā crura : et ascendere ver-
sus altitudinē locorū. pprie vlt alteri⁹ spēi laboris se exponere :
maxie stomacho a cibis exonerato : et vsq; ad sudoris cōmoti-
onē. nā cū hoc q; calorē evigilat et quietas adducit facit ven-
tositates et deponi facit superfluitates. ¶ Amplius de com-
plexione ad senectutē declinante ad colericā habitudinē sūm q;
possibile est transitū fieri est faciēs elōgari a se in pparatiōe
colerica. nāq; dispō ab affinitate senectutis tparentū recipit
et ppterea colerici post etatis statū in meli⁹ vitā cōmutant :
et pre alijs equidē naturalis eūonis actib⁹ frequētiosa viri
et mulieris carnalis copula ē nociua et perducēs ad senectutē
dispōnem : ex eo q; ipsius abusione transducit multū de spi-
ritibus et calore naturali : et cum hoc excitāt vapores putri-
dos ad superficiē cutis. et inde est q; infectis interdicitur : et q;
muli fortiores et longioris vite sunt equis. qm̄ non coeunt.

Similiter et cerebri : in quo est habitatio spūs aialis :
dispō nō est parvipendēda : et ipsi⁹ quidē
hītudo interdū disponit sūm stōaci dispōez : vt plurimū sūm
creatiōez sui. et q; diu mēbrū facit sibi opatiōez naturalē a deo
bñdicto insitā est sanū : qm̄ infirmitas et debilitas nō ē nisi
pprie opatiōis et debite lesio : et ab ista reglā pēdet cuiuslibz
hois magna pūisio in pueniēdo cū his que opz lesionis cō-
firmationē : aut videlicz cū cessatiōe ab eis q; nocumētū fa-
ciūt vel remotionē nocumētū ipsi⁹. Et scia pnosticatiōis hic
h; locū silt et noticia curatiōis : et vt nō recedat a breui cōtex-
tura canonū sūm q; in alijs capitulis hui⁹ libri est observatū.
Sed ad illud regimē auctor p̄cipue mētis oculū hēat q; medi-
cet pnt possibile fuerit quātū a solita sua cōsuetudine recessus
est in singulis opationib⁹ suis : et q; ppter hoc future nouita-
tis accidere pōt : et hec imaginatio erit pducēs in cognitionē
cāe mobilitat; et pnosticationē future successiōis extimationē
et curā. exempli grā. nōdū hñtes epatis opilationē vel renūm

egrediebatur vna libera substantiosa. ita vero facta egreditur sub-
 tilis et decollata. merito igitur subtilis presumitur quod in vna illarum
 partium per quas vna transiit est alicuius impedimenti occasio: et hec
 est consuetudo operantis lesio: et ex hac via scitur: quoniam extenuatur
 nisi cum sit ex rarefactione in via cure est insistendum. et pronostica-
 tionis presagium haberi potest ex successione nocumtorum ex opilati-
 one contingenti: quoniam sanguis non mundificatur ab aquositate sua
 et quando incidit in ydropisim et epas impeditur in sanguine decoctione
 et conversione bona: et fit malus color: et indigestio: et non nu-
 tritur corpus nutrimento bono: et quod refundunt in epatis substancia
 supfluitates impure. vnde timentur egritudines plures que apte
 sunt illi dispositioni. ¶ Jam ergo digressionem non absque utilita-
 te facta regrediamur ad narrationem primam: et dicam quod cere-
 bri substantia est creata frigida et humida et propter hoc in pleris-
 que aggregatur plurimum circa ipsum de flegmate: maxime in quibus alia
 membra et natura et conditio eorum que in usu habentur in hoc coincant.
 et ideo in magis dispositi ad hoc citius: in singulis vero capitibus et facie
 ei pilis tepescentibus que in aliarum corporis partibus albescere solent et ap-
 parere vestigia senectutis: et in summo: tota quod de purgatio est in
 minoratone etiam in correctione eorum que ad curam addunt: et est subtra-
 ctio flatus et alienatio ab his que gerant illud: et in temporibus: et in
 anteriori parte faciei pilis citius canescunt: quoniam illuc plerumque aduenit de
 vapore crudo quo materia canicie habilius subtiliatur et pene-
 trat in radices et substantia pilorum ipsorum: et complexionem quod de cerebri
 et eius dispositionem oportet scire secundum eius circuitum. secundum vero complexionem ipsam ac-
 cipiunt narrationem ab eis que sunt ex genere operationum sensibilium animalium
 motuarum et naturalium figure passionum et membrorum que cum ipso habent
 correlationem: et in hoc est scia magna. verum. n. que scieris dispositionem
 et vias activarum et passivarum qualitatium simplicium et compositarum
 non est de illis difficile iudicare. hoc autem sciendum quod somniferum multum
 est signum flegmatis multum. et ipse quod de somno que est omnium sensuum et animalium
 quies virtutis plurimum flegma nutrit: et colerici quod de et acuti intel-
 lectus et precipue adusti sunt pauci somni multarum imaginati-
 onum et acuti intellectus et tarde canescentie et audacie magne: quibus
 in iuuetute accidunt egritudines timorose: sed si tempore ebullientis

b ij

etatis eorum evaserint sunt longioris vite : et sane perseveranti-
onis. et omnis quidem siccitas a putrefactione et corruptione elo-
gatur magis. et ideo quibusdam consuetudo est comedere salis
plurimum et plures pitores decreverunt ponere sal in pane : et sal
quidem et omne diureticum et incisivum et abstersivum sunt dissoluti-
va et consumptiva flegmatis et aliarum aquositate. et ideo illa
intrant intentionem libri. Ceterum qui secundum naturam sunt aptiores
prompctiores sunt incurere passiones similiores .

Et in cordis timore et confortatione in quo est minera virtu-
tum et sedes vite non est parva sapientia. ipsum namque prin-
cipalius est omni membro atque nobilissimum : et prima rectificatio ab
his que extrinsecus venturum est boni et puri aeris attractio cui non
admisceatur de vapore malo et elongare a fetoribus : quia corruptio
aeris que aspiratur est res pestilentior omni re : cum misceatur substan-
cie spirituum cum quibus facilliter cor affligitur : et res custodiendas il-
lud sunt res odorifere frigide et calide divulgate in arte sicut neces-
sitas facit. et usus odorandi pomum ambre : quoniam preservat et re-
ctificat complexionem corruptam : et rectificatio aeris qui attrahitur
non est parve impressio. et iam expertum est quod conficitur pomum ambre
medicinale cuius solo odoratu lavatur venter et purgatur homo : et
iterum est qui vidisse se asserit omnem febre putridam amputari et tol-
li solo odore cuiusdam confectio. et secretum quidem nature in via
humane cognitionis non est finis : et inventionibus sapientium decre-
tum est quod comedere cibum paratum in vase auri : vel in cuius deco-
ctione laminae ipsius fuerint et potare vinum in quo laminae vel mo-
nete extincte fuerint multociens imprimunt in corde bonam habi-
tudinem impressione forti. Sicut ut omnes medicine tyriacales pro-
prie et dyagariofilatum et dyamirabolant : et pliris et dyamar-
gariton et proprie confectio inda que recipit spes et emblicos po-
stos in antidotario Avic. et sicut dimissio eorum que contristant
et confortari cum amicis et sicut. hec enim faciunt rejuvenescere vir-
tutes et ad ultimum expedit eam non pigram ad excitationem operanti-
nature : et impedimentis eorum obviare tempestive : quoniam quod citra
vel ultra cursum naturalem : et consuetum est facit timere inclin-
ationem ad lapsum et egritudinem et omnis quidem egritudo est cor-

rugans : et ad seniū perducēs. ¶ Et in custodia quidē rerū
 naturalū r̄ approximatōe nō naturalū put opz s̄m semitā
 sapientū r̄ cauere ab accētib⁹ q̄z tū est pole est p̄ncipiū r̄ finis
 eius qd̄ intendit. In summo v̄o est vt nō abscondat̄ ab om̄i
 artificis cōsideratione canō ille ḡn̄alis : qm̄ virt⁹ a defectu et
 supfluitate corrūpitur : et q̄ abscondat̄ causa cuiuscūqz faci-
 ens opationis impedimentū omnino : r̄ opari s̄m opationē
 est radix in custodienda sanitate et elongatiōe ab errorib⁹ fre-
 quenter accētib⁹ in minoratiōe visus que est de accētib⁹ sene-
 ctutis : est cōfortare pprie virtutē cerebri et assidaare semen
 feniculi. se. sileris mōtani. pul. eufragie : mēthe r̄ pul. spicis p̄-
 prie et pulueris gariofilorū et purgatio cū agarico cuscute et
 yerapigra v̄l chebuli cōditi : et cauere a repletionē : et de his
 que oculis ingrediuntur et pprie cōtra caliginē senescentiū et
 colliriū ex melle et felle galli et colliriū ex aloē succo radicū feni-
 culi et lacte mulieris sero qm̄ intratur dormitoriū. ¶ Et iam
 verificatū est per experimentū donec venit in notitiam viris
 illitteratis et mulieribus q̄ virtus generatiua debilitata : aut
 minorata iuuatur et restauratur donec iam senes faciāt opa-
 ciones iuuenis cum re cibali : et cum electuarijs et quibusdā
 alijs. virtutes em̄ non senescūt neqz minorantur nisi per acci-
 dens : vel nisi per deteriorationē instrumētōrū in quibus vir-
 tutes existunt. Etenim declaratū est in naturali sc̄ia q̄ si senex
 haberet oculū iuuenis vtiqz videret vt iuuenis . sic aut̄ et alie
 virtutū operationes et sensuum corrigi possunt et rectificari
 per semitas eorū que h̄nt pprietatē substātiā et virtutē et sen-
 sus in meli⁹ disponendo. fit aut̄ actus actiuorū secundū passi-
 dispōnē. ¶ Sic aut̄ et audit⁹ et alijs sensus et aia et ip̄a quidē
 alligata corpi cōplonē ei⁹ imitat̄ : et quēadmodū impedimē-
 tū pati sicut et lucrifacere pōt melioramentū : cōtrariorū qui-
 dē eadē est disciplina : et virt⁹ opat̄ : et ab ipsa p̄cedit om̄is
 opatiōis p̄ncipiū : et cū cōfortatiōe indiget mineris ip̄orū q̄
 b⁹ imati s̄t faciēdi appar⁹. Singl̄e aut̄ ip̄orū singla h̄nt mē-
 bra q̄b⁹ irradiat̄ : r̄ iā capitulate s̄t i aera simplicū ptates
 rerū q̄ r̄ q̄b⁹ mēbris p̄sunt r̄ noceat res ip̄e : r̄ illic requirant̄ :
 b iij



et tota scia huius tractatus dependet a magnis capitulis in certis et diversis voluminibus artis medicine et a bona impressione imaginationis signata in anima cum extimatione discreta. Hec enim est que rectificat scientem in operationibus in scientia sua.

¶ Amplius autem et in summa omnium considerationum est ut calor innatus conservetur. ipse enim naturaliter custodit humores ne in eis extraneae qualitates superveniant et facit preservationem a putrefactione ex qua plurimum mors sequitur qui omnium virtutum est instrumentum et conservatio eius est per regimen bonum. Summa autem boni regiminis est abstinentia. inde est quod quicumque repletio mala est quocumque modicum contingit a subtractione incipere. Illis autem qui bono utuntur regimine non attinet vomitus neque ventris solo neque aliquid horum. Nec est currendum pro qualibet alteratione ad remedium: nisi cum victoria egritudinis nature inceperit dominari. natura enim cuius sapientie non est finis omnium horum artifex est. Medicus vero minister cum bonitate et adiutorio dei benedicti. Cui sit laus gloria et honor in secula seculorum. Amen.

¶ Iam completus est sermo canonizatus in investigatione sciendi regimine conservatoris iuventutis et plorationis a senectute et eius accitibus cum textu brevi. Deinceps vero superest rememorationem fieri singulari quadam descriptionibus receptorum: que medicine regales noiant: de quibus compendiosa mentio facta est in tractatu superiori. et dicitur quod tractatus predictus remittit lectorem pro singulis ad magna theoretice et practice capitula que in multis artis medicine voluminibus sunt comprehensa. verum in hoc loco ponentur que sunt familiariores compositionis: et operationis nobiliores secundum prudentiorem meditationem modernorum.

Sermo super syrupo de vino. iulep ex vino est ut in tribus libris boni vini ponantur. ij. lib. zuc. et fiat syrupus et recipiatur cum aqua. gerit vicem cibi et potus: quoniam in eo aggregantur que sunt amicabiliora nature.

Sermo super dyanthos modus dyanthos est quod in lib. iij. vini ponatur boni dyanthos facti cum zuc. vn. iij. p. triduum vel in aqua vini distillata semel pro senibus.

preterea distilletur per filtrū : et quidā ponunt ad distillandū
in alembico vel in vase aque ros. et seruant et recipiunt : et q
dam miscent ros. nouelle partem tertiā ad temperandū dyan
thos : qm̄ declinat ad caliditatē et siccitatem.

Sermo super usu vini specificati. et modus spetierum
ponendarū in vino est vt fiat sacculus lineus r
immittantur species nō trite : sed particulatim scisse : ita q
substātia specierū sit in sacculo vaga et ponatur in vino : et
in vase q obturari possit ne ab aere corumpat : et ne virtus
exaleat. Itē et aliud ad cōfortationē cōplonis : et inuentutis .
cubebe : gariof. nucis musc. passule. añ. 3. ij. posite in sacculo
bulliant in bono vino lib. ij. quousqz ad lib. ij. redeant pona
tur de zuc. et ex eo mane : et sero bibatur vn. i. vel plus vel mi
nus s̄m q expediat vel fiat sicut claretum.

Sermo super vino boraginato. Et vinum boraginatū
sic fit q in musto nouo ponantur boraginis flo
res vsqz ad perfectam depurationē. vel akr. q in vino bono.
dyaboraginatū vel conserva dissoluatur et reseruet ad vsum.

Sermo super usu pulueris specierū. Et modus pulue
ris cum cibus notus est : vl cum species eius de
pulueris incisi minutim cum zuc. et vino modico cōficiantur
est de bene disponentibus : et eius utilitas est ad cōseruandū
omnia membra principalia cuius aggregatio hec est. R. zin
sib. albi mūdati vn. s̄. cardamomi domestici. 3. ij. cinamomi.
3. i. croci. 3. s̄. coriandri. 3. r. fiat puluis et addatur de zucca. ad
placitum.

Sermo super succo ros. et succi ros. zucarati factio est
hec q in succo ros. electarum rub. collectarum
mane ante diem cuius nox serena precesserit bene colati et ex
tracti lib. ij. et zucari lib. i. consiciantur cum eo super ignem
lentum : et non fiat spissus : sed quasi currens : et de operati
one eius dictum est superius.

Sermo super vino et oleo croceato sicut de croco ad le
ticiam inducendam ponatur de croco bene sic
co in sacculo spaciofo de panno lini subtilissimi rari in quā



titate pauca et sacculus ponatur in colatorio panno lineo et
superinfundatur vinum vel oleum ad modum lixiuū et reite-
retur donec placeat color et sapor et potest admisceri de spe-
ciebus ad beneplacitum.

Sermo super balneo quomodo fit stupa vaporosa in
eina cum decoctione herbe rois marini et flouū
eius. proprie renouabitur vt aquile iumentus sua. Et iterum
de sticados et salvia et camomilla et quomodo lauantur pe-
des ex decoctione flouū camomille aperit clausuras cerebri
et confert; et etiam cōfortat multū.

Sermo super pomo ambre. Pomum contra epidimiā
pestilentialē et corruptionē aeris. ℞. laudāi. vn.
i. et. s. storacis. s. iij. Been albi et rubei. añ. s. i. mirrhe: foliorū
mirri: gariof. añ. s. i. et. s. sandali. s. iij. cāphore. s. iij. ligni alo-
es: calami aromatici: valeriane. añ. s. i. musci ambre. añ.
scrup. i. confice cū succo mellisse buglosse et aqua rois.

Sermo super opilone splenis et epatis et ydiopisis ca-
lide: in sero caprino colato coquantur endi. sco-
lophen. et parum de spica. et iterū cola et asseratur.

Sermo super restauratione consumptouū. mixtura dya-
dragaganti vn. iij. dyapenidion vn. i. rosate no-
uelle vn. i. dyaradon vn. i. zucca. rois. vn. i. zucca. violati vn. iij.
ter in die recipiatur.

Sermo super mundificatione sanguinis et scabiei. ℞.
suc. fumi terre: succi plantaginis depuratois.
añ. lib. s. zuccari lib. i. cassief. et tamaridouū. añ vn. i. et est bo-
num et solutium.

Sermo super trisera que prodest melancolicis et mani-
acis vsui ycteris corrugatis exiccatis co. vn. vl
nigre ypocundriof. calori extremitatū et citrinitati oculouū
in canescentibus et stomaticis et cardiacis. ℞. mirabolano-
rum citrinouū. s. vi. chebulouū. s. iij. indouū vn. i. et. s. em-
blicouū et bellericouū. añ. s. vi. masticis s. i. anisi seminis fe-
niculi. añ. s. i. spice gariof. aloe. añ. s. s. mellis cassief. vn. iij.
zuccari quod sufficit et fiat trissera.

Sermo super vino artificiato cōtra hūiores adustos et
 pro colericis et maniacis adducente leticiā. ℞.
 radicis buglosse munda. lib. i. ros. rub. florū violarū : boragi
 nis et buglosse. añ. lib. s. been albi et rubei. añ. vn. i. cōquassen
 tur et ponant in sacculo et sacculū in vase cōtinente tres sar
 cinas boni vini nouiter expressi albiouis et purioris qđ inueni
 ri potest : ⁊ q̄ medietas ipsi cū dictis speciebus bulliat : ⁊ alia
 medietas per se et bñ dispumet : et tūc coletur illud vbi res
 fuerint : et de alio impleat donec recesserit seruior : et bene cla
 rificatū fuerit et assiduetur.

Sermo sup yerapigra. potestates sunt note et ei⁹ ethi
 ologia narrat bonitatē eius. verū yera. Gal.
 cōposita de sex rebus est multū pigra vt plūmū : nisi sit eius
 quāritas magna remanet in visceribus pigritate sua ⁊ mouet
 et non euacuat maxime qñ recipit quāritas pauca : et hoc nō
 est rectū. Sed illi⁹ que fit. xvi. reb⁹. sufficit. s. i. vel. ij. s. m. mo
 dū sapientū et virtus ei⁹ attingit partes remotas et exonerat
 eas ⁊ deducit feces copiose : et in ea cōprehendūtur que exigū
 tur in omni medicina sublimi : solutio videlicet et membro
 rū principalū cōfortatio : et ei⁹ descriptio est hec. ℞. cinamo
 mi : spice : squinanti : rilocassie : rilobal : carpobal. absin
 thij : viol. epithimi : ros. turbitij : agarici : colloquintide :
 mastice. añ. scrup. ij. aloē ad pondus omniū : mellis dispu
 mati et colati q̄zūm sufficit.

Sermo sup elto vite s mirabolanis. ℞. vuarū passarū
 mundatarū lib. ij. liquiri. munde. et cōtuse vn. i.
 ponantur in. ij. lib. et. s. aque et coquātur bñ et postea colent
 et exprimant : et in illa colatura ponant mirabolanoū ex os
 sibus enucleatoū : et in mortario pcussorū. s. chebulorū citri
 noū indorū. añ. vn. ij. emblicorū et bellericorū. añ. 3. ij. coquā
 tur et exprimantur et colantur et post addatur succari albissi
 mi lib. i. et coquat ad decoctionē syrupi. tūc addatur cinamo
 mi electi vn. s. garios. galange. añ. 3. ij. nuces muscatis duas
 grossas : feniculi anisi. añ. vn. i. et plus et reponat electuariū
 in pixide ligni. Hoc dicitur elum vite stomacū roborat et ap

tat et supfluitates humoꝝ ex nutrimento preterito remanentes reprimendo purgat et vsus eius facit coloratos homines et canities per illud retardatur. et totius quasi libri materia pendet in hoc capitulo solo.

Sermo super aloë rosato : terat aloë bonū : et cū eo de folijs ros. ru. viridiū q̄ztū sufficit ad facienduz magdaleones : et seruet et quando oportet cōficiat ex eo pillula cū oximelle : et recipiatur ex eo pillula frequēter : et non est ei par in cōferendo capiti et morbis oculorū et articulorū int⁹ Et acceptio eius est indifferens et imperceptibilis est operatio eius educens quemcumq; trium humorū non potest nocumētum facere et ipsius assiduatio non permittit egritudinē in corpore sanabili nutu dei . Et ex eo partes quinq; mirthe partes. iij. masticis partem. s̄ . de croco siccō : modicum cum succo boraginis resoluti : fiant pillule mirthe in quarum frequenti vsu acquiritur processus adolescentie et regimen sanitatis.

